



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Convulsio Calvniarvm Vlrichi Veleni Minhoniensis,  
quib[us] Petru[m] nunq[uam] Romæ fuisse caullatur**

**Fisher, John**

**Antvverpiae, 1522**

Calvniae Sextae Svmma.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-35690**

6 Narcissum, Apostolos Christi doctrina insignes, Andro-  
6 nicum & Iulian, & cooperatores in euangelio nō cōtem-  
6 nendos Aquilam & Priscillam, Sed hoc citra omnem con-  
6 trouersiam verum est, quod Romæ tunc temporis nō fu-  
6 erit. Nam si neminem non salutat eorum Apostolus, vel  
6 qui seniores fuerant, vel qui cognati & cogniti, quomo-  
6 do vnum Petrum non salutasset, quo cum firmissimā ami-  
6 citiam & societatem iam pridem inuierat, & eius videndi  
6 desyderio antea Hierusalem petere non dubitauerat. Et  
6 hinc apparet, vsq; ad Neroniani imperij tempora Petrū  
6 Romæ non fuisse. Quod si viginti & quinque annis illic  
6 resederit, a quo tandem mortem passus est? Hic tussunt  
6 Romani sycophantæ, non secus ac indocti quicq; cātores,  
6 qui locum fecerunt prouerbio, hæsitatio cantorū, vt com-  
6 muniter dicitur, tussis est.

### CALVMNIAE SEXTAE SVMMA.

**H** Abuit Roma, quum Paulus ad Romanos scripserit,  
multos egregios fidei p̄ceptores, & imprimis, Narcis-  
sum, quē Ambrosius ait se legisse fuisse presbyterum **Ambrosius,**  
Romæ. **Q** si presbyter, & Episcopus, quū ea tēpestare nihil  
erat discriminis inter Episcopos & presbyteros, vt ex Pau-  
linis eplis est manifestissimū. Habuit & Andronicū, & Iu-  
lian, duos e septuaginta discipulis, vt Origenes opinat. **Origenes**  
Habuit demū Priscillā, & Aquilam, quos Paulus appellat suos  
adiutores in Christo, & Ambrosius dicit, eos missos fuisse  
Romā, ad Romanorū in fide confirmationē. Q̄ n̄ igit tales  
habuerit Roma p̄ceptores, quid opus fuerit & Petrū iden-  
tidem habere, nempe veteranū & iam defectū virib⁹? Colli-  
git igitur ex hoc, citra oēm controuersiam, verū esse, q̄ Ro-  
mæ tunc temporis Petrus non fuerit, & proinde nec añ Ne-  
ronis tempora venisse Romam.

### RESPONSIO,